

1491. Medius Aug. Ex Orig: arch: Regni
Kazimiri Regis Littere super Vil-
la Monowicze, etc.

74.

10

Kazimirus Dei Gratia Rex Polonie
Magnus dux Lithuanie Rusie, Prusieq;
dominus et heres etc. Significamus te
nore presentium quibus expedit univer-
sis harum notitiam habituris. Quomo-
do dum bona nostra Regalia Villa Mo-
nowicze, in terra et districtu Esuwan-
czimensi consistente) superiori tempore
per predecessores nostros Generoso olim
Vincentio Jachim De Lankawicza, in
certis summis pecuniarum, prout li-
tere ejusdem Generosi Vincentii clari-
us demonstrabant, in vim et titulum
receptionis fuisse obligata, et inde-
bita. Tandem ipso Vincentio Vita functo
postquam possessio dicte ville ad Vene-
rabilem Johannem Brandis Canoni-
cum Cracoviensem et Secretarium no-
strum jure Successionis fuisse devo-
luta, cujus servitorum nobis fideliter
et constantiter exhibitorum gratia, cum
nobis literas inscriptionum veteres,
quas super Dicta bona ex prefato ge-
nitore,

nitore suo habuit, atque etiam novas
sibi per nos ratione eorundem servitiorum
datus et concessas effectualiter restitueret,
sibi eadem bona Nobili Petro Porubskij Terri-
gene nostro in quingentis florenis Hun-
garicalibus obligandi nostrum Regium
gratiosè et liberaliter præbuimus con-
sensimus, damusque concedimus et indul-
gemus tenore presentium mediante
dicta bona nostra Regalia in Summa
prefata quingentorum florenorum, boni
cui veri et iusti ponderis, cum omnibus
et singulis eorundem censibus, proventi-
bus redditibus, colonis, agris, prætiis, di-
ctis Szecliska, et aliis campis silvis
Raszowskije vulgariter nuncupatis, et
aliis bonis, nemoribus, indaginibus,
rubetis, quercetis, piscinis, piscaturis,
molendinis et eorum emolimentis,
lacubus fluminibus ripa fluvii Vistula
penis, laboribus, honoribus, venationibus cu-
cupationibus, et aliis quibusvis obven-
tionibus quibuscumque vocentur nomi-
nibus generaliter universis, nullis exclu-
sis, ita longè latè et circumferentialiter,
prout bona prefata ab aliis distincta
sunt et limitata, cum omni jure et
dominio, prout ipsi prædecessores no-
stri tenuerunt, habuerunt, et possiderunt,
Per eundem Petrum De Poramba et suos
legittimos

legittimos successores tenendum, habendum, utifruendum, utifruendum. possidendum pacifice et quiete tandem, quousque dicta bona per nos et Successores nostros in Summa prefata quingentorum florenorum auri et ponderis ut praetactum sit fuerit integraliter percepta, quod cum factum fuerit, dictorum bonorum possessio ad nos et Successores nostros redibit pleno jure, hoc specialiter adjecto, quod si quid pro reformatione, et melioratione dictorum bonorum impensarum appoverit, id juxta virorum bonorum, judicium et discretionem illi resarcire debebimus et promittimus, Juribus tamen nostris semper Salvis remanentibus per omnia. In Cujus rei testimonium sigillum nostrum est Subappensan testimonio litterarum. Datum in Nova Civitate Korczin feria quarta proxima ante festum assumptionis gloriosissime Virginis Mariae, Anno Domini Milleesimo, quadringentesimo Nonagesimo primo.

Creslaw Cancellarius. { Relatio Venerabilis Cre-
subscripsit } slai de Curozwanki Re-
 qui Polonia Cancellari.

Ta Kopia przepisana z Orzginatu parganinskiego
 wego annihiowanego, u ktorego wicispienec na
 Lawiawce parganinowej. Roku 1705, w 26 Julii.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Marginal notes on the right edge of the page, partially visible.]
In the
Com
dion
prie
nos
San
Sigi
Et
tes
super
vum
pro
Com
nostro
ter
et
Relig
da
Com
cefore
net
gratia
profes
tione
Domi
riori
nente
neg
ab
mus
avun
Sigilla
ventio
Domi
sentib
renis
to Cra
mome
huc
et Ven
Komin